Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

fuerit pussius in finem: Multi scriptos libros de temporibus ediderunt
initium facientes de ppla morse: qui tot annis bellum nongentos fere
annos annexuit: Is autem cum p annos xl. pplm rexisset: successorem habu
it thesum: qui septem et xx annis tenuit principatum: Exinde sub
iudicibus fuerunt p annos ccc.lxx. Tum mutato statu reges habere ceperunt:
quibus impium tenentibus p annos quadringentos usque ad Sedechie reg
nū oppugnati a rege babilonio captique iudei diuturnū seruitū pule
runt: donec septuagesimo post anno Cyrus maior captiuos iudeos terris
ac sedibus suis redderet: qui per idem tempus in plas suscepit impium
quo rome Tarquinius superbus: Quare cum omnis tempor series et ex iu
daicis et ex grecis romanisque historiis colligatur: et singulorum pplarū tpa
colligi possunt. quorum sane ultimus Zacharias fuit: quem constat sub da
rio rege secundo anno regni eius octauo mense ceciniisse. Adeo antiquores
et grecis scriptoribus pphe reperiuntur: quae omnia eo profero: ut errorem suum
sentiant: qui scripturam sacram coarguere nituntur: tamque nouam et re
cens fictam. ignorantes ex quo fonte religonis sancte origo manauerit
Et si quis collectis pspectisque temporibus fundamentum doctrine salubrie
recerit: et veritatem penitus comphendet: et errorem cognita veritate deponet:—

DEus igitur machinator constitutorque rerum: sicut in secundo
libro diximus: atque preclarum hoc opus mundi adoriretur:
sanctum et incorruptibilem spiritum genuit: quem filium nun
cupauit: Et quos alios postea per ipsum innumerabiles creauisset: quos ange
los dicimus: hunc tamen solum primogenitum dei nomine appellatione
dignatus est: putta scilicet: virtutem ac maiestate pollentem: Esse autem
summi dei filium qui sit pater maxima predicit: non tantum congruentes
in unum voces pphetarum: sed et trismegisti predicatio et Sibillarum vaticinia
demonstrant: Hermes in eo libro qui Notos tenos inscribit: his usus
est verbis